

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.



DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,

Quâ distinctè ostenditur,

**CVI FEVDVM FINI-
TVM VEL AMISSVM APERIATVR,**

Quam,

D. T. O. M. F. A.

Auctoritate & Decreto

**MAGNIFICI ET AMPLISSIMI JCORUM ORDINIS
IN ARGENTORATENSI VNIVERSITATE,**

**Pro DOCTORALIBVS in utroque Jure Honoribus
ac Privilegijs ritè consequendis,**

SOLENNI disquisitioni subicit

**PHILIPPVS LVDOVICVS Hoffmann
HEIDELBERGENSIS.**

*Ad Diem 7. Sept. Augusti. 3. 8
In Auditorio Majori.*



**ARGENTORATI,
Typis Mauritiij Caroli.**

M. DC. XXXVII.

336.

40

1637 4.

Sept. VIII

055.

171. 97. 2

8. 2 - ... - ...



A. N. I. N. D.



Tſi conſtitutum legitimè *Feudum* ex naturâ ſuâ di- *Theſ. 1.*
utius, atque adedò in perpetuum, 2. F. 23. in f. durare
poſſit: Frequentiſſimè tamen id, ob rerum omniũ
in hâc mundi machinâ volubilitatem, humanique
generis fragilitatem, fatali ſuæ periodo & mutatio-
ni obnoxium eſſe, teſtis temporum hiſtoria, & pra-

xis rerum magiſtra docent. Nam ut ſilentio involvam, *Res*, in qui- 2.
bus feudum conſtitutum eſt, non rarò Chasmate, Terræ-motu, In-
undatione, vi hoſtili, &c. perire, extingui, auferri, & tum feudum *in-*
terire dici poſteſt; Illud certiffimum eſt, *Re* etiam per ſe manente, *Ius*
feudi ſæpius vel *finiri*, vel *amitti*. (quæ duo ſubtiliter loquendo hîc dif-
ferre, exemplo uſusfructus commonſtrat Paul. 3. ſent. 6.) quorum al-
terutrum cum ſit, proprio in rem vocabulo dicimus, *Feudum aperitur*,
daß ſehen wird apert, *heimfällig/erledigt/eröffnet*. APERIRI enim 3.
dicitur feudum, cum id alicui Lege defertur, *Hotom. in Lex. feud.* & qui-
dem ſtrictè, ita puto, cùm ad Dominum revertitur, ut 1. F. 18. in f. 2. F.
15. & 37. & paſſim; latiùs, cùm ad Adgnatos, ut 2. F. 31. vel Fiſcum, vel
alios devolvitur. Et ſanè, ſi unquam, non dicam in Imperio Rom. 4.
ſed in totopenè orbe feudali, ſeu quouſq; Juris hujus viſatq; auctori-
tas ſeſe exerit, Feuda ſæpius finita vel amiſſa, vel alias, tam Dominorum
quàm Vaſallorum ratione, mutata ſunt, id vel maximè noviffimis hiſce
temporibus, ſequèter accidere, nemo eſt qui ignoret, plurimi conque-
runtur. Scilicet ita eſt; Cadente quercu quiviſ ligna colligit: Feudo 5.
ſemel ſive verè finito aut amiſſo, ſive etiam habito pro amiſſo, (prætex-
tus nunquam deſunt,) plurimi ſtatim inveniuntur, qui inverecundâ
inhiatione, l. 1. C. de petit. bonor. ſubl. & pro inſatiabili humano generi
inſitâ *πρὸς τὸν ἑαυτοῦ*, id non tantùm deſiderare, ſibiq; aſſerere, ſed & per fas
nefaſq; acquirere ſatagunt; Vaſalli Liberis, Nepotibus, Agnatis, Do-
mino, Subvaſallo, tandem & Fiſco loci, variè de jure ſibi quaſito inter
ſe concertantibus. ¶ Operæ igitur pretium erit, utiliffimæ hujus, 6.
juxta & futuris temporibus, ſi modò pacem ſperare licet, in Dicasterijs
Principum, & foro JCorum, frequentiffimæ materiæ difficultates, ceu
nodos Gordios, quodammodo extricare, & *Cuinam de iure, remotâ omn;*
A 2 fact;

facti violentiâ, feudum aperiatur, deferatur, applicetur, seu ad quem devolvatur, pertineat, ut variè loquuntur, aliquantò accuratiùs disquirere.

7. Ac prius de Feudo finito. *FINITVR* feudum vel ratione Vasalli
8. propriè, vel ratione Domini. ¶ Ratione *VASALLI*, (sive unus sit, sive plures simul investiti,) Vasallo vel vivente, vel ejus morte; & utroque modo regulariter redit ad Dominum quod fuit ante suum, utili dominio, ut *Dd.* loquuntur, cum directo dominio conjuncto, consolidato; vel, ut terminis *Juris Feud.* utar, usufructu in personâ Domini
9. ad proprietatem revertente; ¶ *Vivente* Vasallo finitur feudum *Voluntate* ejus vel *expressâ*; veluti
10. *1.* Si Vasallus in manus Domini feudum novum refuter, *1. F. 5. §. rursus: 2. F. 9. in pr. & 2. F. 14. 2.* Si primus acquirens venerabilem domum intret, & seculo renuntiando habitum religionis assumat, Clericusq; fiat; Nam desit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, *2. F. 21. 2. F. 26. §. 5. & 2. F. 30. & t. 109. excipe casus, quos refert Obrecht, de F. 2. c. 13. n. 10. & seqq. & Ros. 7. concl. 30. per tot.* Tacitâ voluntate Vasalli, ut & Agnatorum; Si Dominus à morte Vasalli precedentis per XXX. annos feudum quietè possedit, & fructus percepit, libertatem ejus præscribendo acquirit, *arg. 2. F. 26. §. si quis: 4. & l. 28. in pr. de V. S. Myns. 4. obs. 28. Obrecht. 2. c. 6. in f. quod secus est in Gallia, ubi cum de derogatione feudi agitur, præscriptio tantum immemorialis, tam ex parte Domini, quam ex parte Vasalli locum habet; v. Consuetud. Paris. tit. 1. §. 12. & ibi Molin. n. 14.*
11. ¶ *Citra voluntatem* Vasalli, *1.* Cum Tempus feudi expirat; Quod fit vel ex naturâ quorundam feudorum, ut in improprijs illis feudis *Guardiæ, Gastaldiæ, Mercedis, quæ annalia sunt, 1. F. 2. in pr. & 1. F. 11. quamdiu autem non revocat Dominus, continuantur ad mortem usq; vel dantis, vel accipientis, d. 1. F. 2. quod pertinet Gallorum illud in*
12. *Consu. Paris. tit. 1. §. 61. Tant que le seigneur dort, le Vasal veille:* Vel ex lege & præscripto Domini, Si ad certum tempus datum sit, *arg. l. 12. C. de usufr. 2.* Cum ob certam causam vel officium feudum datum, *2. F. 51. §. fin. causa deficiente, vel officio servitióque planè finito, etiam extinguitur, 2. F. 75. & arg. l. 65. §. 10. pro soc.*
13. *Morte* Vasalli, sive naturali, sive civili, hoc est maximâ & mediâ capituli deminutione, (quò & *Bannum Imperij* referimus, cum *Gail. 2. de pace pub. 1. n. 24. de quo j. th. 103.*) exemplo usufructus, *l. 16. C. de usufr. finitur feudum, & Seniori, i. Domino, aperiatur, 1. F. 18. Idem dicendum, si feudum Civitati concessum, quæ postea aratro inducto, vel solo-aquata, civitas esse desinit, & quasi moritur, l. 21. quib. mod. usufr. & ibi*
14. *Corhof.*

Gotthof. vel perpetuo banno subjicitur, *Niel. disp. feud. §. corol. 2. lit. a.* Aliàs ex naturâ feudi in infinitum penes Civitatem, vel quamlibet aliam Universitatem, maneret; *arg. 2. F. 23. inf. & exemplo annuorum legatorum, l. 6. 20. inf. l. 23. 24. de ann. leg.* ad quod tamen præcavendum, unus interdum eligi & constitui solet nomine totius Civitatis, (*quasi-Vasallus*, vulgò *Ein Lehenträger* dictus,) quo, ejusve heredibus mortuis feudum ad Dominum revertitur. Sic & *Ecclesiæ* vel *Monasteria* 17. heredes esse non desinunt, *l. F. 13. & venerabiles domus manent usque ad seculi hujus consumationem, l. ult. C. de Epis. & cler.* Quod si Cle- 18. rico vel Monacho feudum novum, cujus capax est, *fac. 2. F. 35. & 2. F. 40. inf.* nullam dignitatem annexam habens, sui tantum contem- platione detur, illud morte ejus non Ecclesiæ aut Monasterio acquiri- tur, sed ad Dominum revertitur, *Clar. lib. 4. §. feudum. q. 78. n. 2.*

Dixi, *morte Vasalli*: Et quidem *Primi acquirentis*. *Primo*: Illo in 19. feudo sine ullâ progenie, vel herede feudi capace, decedente; Fratres enim fratribus in feudo novo non succedunt. *l. F. 1. §. 2. 2. F. 12. in pr. 2. F. 90. excepto casu 2. F. 18.* quod si simultaneè investiti sint, wann sie mito- belehnt sind/ vnd gesambte Hand haben/ tunc, si aliqui sine liberis mo- riantur, portio illorum tantum finitur, & Domino acquiritur, *Gravet- ra conf. 995. per ros. Gail. 2. de pac. pub. c. 13. n. 3.* *Secundo*: Quando feu- 20. dum talis *natura* est, ut personam non egrediatur, ut sunt feuda Ca- meræ, Cavenæ, Soldatæ, *2. F. 10. inf. V. & supra th. 12.* Item *Habitatio- nis*, *2. F. 75. & 105.* quod & ideo, si Civitati concessum sit, centum an- nis terminatur, *arg. l. 56. de usufr.* quia is finis vitæ longævi hominis est, *l. 8. de usufr. leg.* His addo & feudum, quod vulgò *Hofflehen* ap- pellant; quando quis à Rege, Duce, vel alio aulam habente, ita inve- stitur, ut in aulâ ejus munere aliquo, velut *Dapiferi*, *Pincernæ*, *Præ- fectioni aulæ*, fungatur; nulla scil. factâ mentione expressâ liberorum vel agnatorum succedentium, *arg. l. 9. de curat. fur.* *Tertio*: Si *Mos & Con-* 21. *suetudo regionis* ita ferat; ut in Angliâ, ubi feudum simpliciter, & absq; mentione expressâ successorum, concessum, ad vitam tantum Vasalli durat; quod ex his *Juris feudalis Anglici antiquis verbis*; quæ ab Ho- tomanno in *Lex. feud. verb. feudum.* recitantur, patet, *Si home voile purchas- fer terres, ou tenements en fee simple, ou par ceux parolx (à auer et tener à luy à tousjours) en ces deux cas il n'y ad estat, fors q; pour terme de vie; pur ceo qu'il faut ceux parolx, les heires: Car ceux parolx sont le state d'enheritantes.* Ita & in Sueciâ militibus regni certi fundi & agri distributi in feu- dum ad dies vitæ tantum conceduntur.

A 3

Ultimè



22. *Vltimi* Vasalli morte finitur feudum paternum seu antiquum. Vltimum autē nomino, qui planè nullum heredem relinquit, Wann Er der letzte seines Stammes vnd Nahmens abstrbt/ vel sine herede feudali, seu Jure feudali ad succedendum habili, ohne Lehens Erben/
23. decedit, *text. 1. F. 5. §. rursus: 1. F. 18. in f. 2. F. 86.* Inhabilis autem hīc est. 1. Qui non ex primi acquirentis descendētib; 2. F. 12. *ibi, si fuit illius parentis.* 2. Qui Domino à se offēso ante devolutum feudum noluerit satisfacere, *de quo inf. th. 40.* 3. Clericus, 2. F. 26. §. qui clericus. 5. V. & sup. th. 11. 4. Filij naturales, 2. F. 26. §. naturales. 10. 5. Qui aliās feudi incapax est, vel ratione *sexus*; ut *Fœmina*, quæ non tantūm ad feudi successionem regulariter aspirare non potest, 1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. §. 2: 2. F. 11. & *passim*, sed & in feudo *fœmineo*, *pro descendētib; masculis & fœminis*, relicto, in specie, veluti *Seja*, semel exclusa semper manet exclusa, 1. F. 6. §. 1. & nullis alijs capacib; superstitib; Domino feudum aperitur; atq; ita juxta communissimam Dd. sententiam in Camerâ Imp. observari, & 22. Jan. 1590. in memorabili causa. *Habern contra Churf. Pfalz/* iudicatum fuisse, testis est *Rosenth. 7. concl. 44. n. 15.* In qua causa etiam *Facultas Jurid. Heidelb. idem, i. pro Domino*, jam antè respondit. Vel ratione alterius defectus aut *imperfectiois*; Ut si heres successurus naturâ fit, vel ex accidenti, ante devolutum ad se feudum, fiat *Demens, Furiosus, Obrecht de F. 2. c. 13, n. 26.* aut *Mutus, Surdus, cecus, claudus, &c.* non admittitur, sed feudum ad Dominū revertitur, 1. F. 6 §. *ult:* 2. F. 36.
26. 6. Qui consuetudine vel Statuto loci inhabilis est; Sic in Hispania constitutum, ut ultra nepotes feudaria successio non protrahatur, *Greg. Lopez. part. 4. tit. 26. l. 6. verb. delos mietos adelante.* ¶ Denique etiam, Si heredem capacem quidem habeat Vasallus, sed qui simul etiam sit ipse Dominus, ut sic fiat quasi *confusio*, *arg. l. 75. l. 95. §. 2. de solution. feudum finitur.* ¶ Quod si *plures Vasalli* feudum paternum inter se divisum habeant, uno sine herede decedente, portio illius non Domino, sed illis qui reliquas portiones possident, acquiritur, 2. F. 12. & 1. 83.
29. Ratione *subvasalli* feudum iisdem modis finitur, quibus & intuitu Vasalli; quanquam tunc feudum in se consideratum propriè non finitur, sed tantūm *utile dominium inferius*, (ita vocant Baldus, Curt. Jun. & alij,) quod *subvasallus* habuit, cum *superiori*, quod penes ejus Dominum immediatum est, coalescit.
30. ¶ **DOMINI** intuitu similiter finitur feudum, *Voluntate* ejus vel *expressâ*



presta, Si nempe *ex proprio* Vasallo proprietatem, quam retinuerat, donet, obligationem ve feudi remittat, *arg. l. 21. C. mand.* Sed si plures sint Domini, feudumque inter eos indivisum, omnium consensus & voluntas requiritur, *arg. l. 5. in f. C. de auctor. prest. c. quod omnes. 29. de R. l. in 6. Tacita*: Si servitia debita requirenti ei Vasallus prestare recusaverit, & exinde per XXX. annos rem suo nomine quietè possederit, *fac. l. 28. de V. S. juncta l. 3. C. de prescr. 30. vel 40. ann.* Deniq; Morte Domini: Si scil. absque herede vel successore legitimo moriatur, *Obrech. 4. c. 1. n. 22.* quod tamen, meo iudicio, ad Principem summum, sive alium superiorem non recognoscentem, restringendum: Aliàs enim Fiscus in vacans directum dominium succedit, *per l. 4. C. de bon. vacant. & successione Vasalli quasi Dominus fit, l. 3. §. 7. de jure fisci.* & ita moribus Gallia, & constitutionibus Neapolit. observari notat *ex Cujac. de feud. 2. c. 7. Goth. ad 2. F. 26. §. Domino. 23.* § Hisitaq; casibus etsi feudum propriè non possit dici *aperiri*; *finitur* tamen ita, ut proprietate ejus cum usufructu consolidatâ, res illa in feudum data plenè transeat in dominium Vasalli, qui eam postea non amplius jure feudi, sed suo proprio possidere incipit. Feuda verò Camera, *Ca-* 34
venæ, Soldatæ, item illud quod *Hofflehen* nominatur, ut morte primi acquirentis Vasalli, *de quo sup. th. 20.* Sic & morte primi seu cujusq; concedentis Domini finiuntur, ejusq; heredibus aperiuntur, *2. F. 10. in f. Haftenus de Finitione feudi.*

§ Nunc de AMISSIONE videndum. *Amititur* feudum propriè, 35
seu jus feudi, à Vasallo, *Rub. & 1. tit. 1. F. 5: & 2. F. 24. & passim.* proprietas feudi à Domino, *2. F. 26. §. 23: & 2. F. 47:* Et utrumq; quidem vel *absq; feloniam*, seu delicto feudali, velut per præscriptionem Tertij alicujus, rem feudalem à longissimo, seu XXX. annorum tempore, pro suâ, quietè possidentis, *fac. 2. F. 26. §. 4. Rittersh. diff. juris Civ. & Can. 3. c. ult. Niell. 8. disp. feud. th. 6. lit. C. Vel per Feloniam.*

FELONIA, è Græco *φύλαξις* vel *φύλαμα*, derivatur Cujacio, *in lib. 1. 36*
F. 2. Alijs, quod malim, à Germanica voce, *Fehlen.* *V. Martin. in Lex. à Gothis & Longobardis ita dicta.* Latinis *Scelus*, Germanis *ein Schel-*
mercy/Hotom. in Lex. feud. vel rectius, ein Schelmenstück / est culpa
2. F. 19. in pr. seu noxa commissoria, facinus seu delictum feudale & commissorium, tam Domini, quàm Vasalli. De utroq; lubet modos vel causas præcipuas, quæ ex parte enumerantur *1. F. 5. & 17: 2. F. 24. & 57. & à Schrad. 11. feud. part. 9. atq; Rosenth. de F. cap. 10. plenius pertra-*
ctantur, breviter perstringere, & cuilibet Capiti, ad quem successo-
rem

est.
rem sic amissum feudum devolvatur, seu cui aperiatur, paucis sub-
nectere.

37. De Vasallo in genere sciendum est, illum tum ex alijs causis, quia na-
tura semper novas deproperat edere formas, 2. F. 24. §. *prædictis*. 9. si-
milibus scil. & majoribus, *Schrad. p. 9. sect. 9. n. 18.* tum ex omnibus ijs
feudo privari, quibus liberi exheredari, matrimonia dissolvi, & do-
nationes revocari possunt, d. §. *prædictis*. 9. & ibi *Andr. de Ifern. & alij*
38. *Dd. V. & Obrecht. 4. c. 6. n. 28.* nisi aliqua sit diversitatis ratio. Non
tamen ipso jure feudum amittit, sed opus est sententiã condemnato-
riã, per *tex. 1. F. 21. in pr. & 1. F. 22. in f. Sonsb. de F. p. 13. n. 74. & alios plures,*
quos ref. & seq. Ros. 10. concl. 41. a. Exceptis nonnullis casibus, de qui-
bus *V. Ros. d. loc. & Obr. 4. c. 6. n. 38. & seq.* in quibus ipsis nihilominus
sententia declaratoria requiritur, ut Dominus feudi possessionem ap-
prehendere possit, *Ros. ibid. n. 134. Obr. n. 48.* ¶ Amittitur autem, sive
committitur per feloniam vel Spes, vel Res.
40. Spes Feudi amittitur, 1. Si Patre feudum novum acquirente vivo
Filius in Dominum delinquat, & contemnat ei satisfacere, filius mor-
tuo patre in feudum non succedit, 2. F. 51. §. *1. t. 55. §. insuper.* & Domino
feudum aperitur. Sed si pater iste suo patre adhuc vivo moriatur,
procul dubio filius hic auo suo succedet, *arg. l. 3. §. 5. de bon. poss. cont.*
tab. & l. 2. C. de lib. præter. Sonsb. p. 13. n. 37. V. Ros. 11. concl. 6. per tot.
41. 2. In feudo antiquo vetò, si vivente Vasallo filius, vel, eo non extante,
agnatus proximus, feloniam commiserit, nec ante obitum illius Va-
salli Domino satisfecerit, feudum aperietur secundum distinctionem
positam infra *th. 87. & seqq.* 3. Si quis de feudo aperiendo habens
expectativam, ut loquuntur, *der die Expectans vnd anwartung auff*
daß Lehen hat / (de quã expectativã loquuntur *tex. 1. F. 3. 1. F. 27. in pr. &*
2. F. 26. §. 2. v. & Ros. 4. concl. 9.) delictum feudale committat, nec, an-
tequam aperiatur feudum, Domino satisfaciatur, spes acquirendi feudi
aboletur.
43. Res, sive feudum ipsum amittitur à Vasallo per feloniam vel ante
44. plenam acquisitionem, vel post eandem. Dico, à Vasallo; Quod
etiam de Civitate, vel aliã Vniversitate, feudũ tenente intelligendum:
Nam si illa convocatis solemniter omnibus civibus, vel ijs qui ex
Vniversitate sunt, consilio communicato, & ex proposito, contra Do-
minum feudi delinquat, feudo privatur, *tex. in c. gravem. 53. in f. de*
sent. excommun. A. Bull. cap. 1. §. Statuimus insuper. & arg. l. 9. §. animad-
45. *vert. 1. quod met. caus. Schrad. p. 2. partis princ. 9. sect. 9. n. 50.* Feudum
Ecclesie

Ecclesie verò Episcopus vel Abbas ob feloniam suam, siue in Domi-
num, siue in alium commissam, quidem perdit; sed eo mortuo vel ab
officio remoto, ad ejus Successorem vel Ecclesiam reuertitur, 2. F. 40.
in f. Schrad. ibid. n. 70. & arg. eorum quæ dixi sup. th. 17. & j th. 126.

Ante plenam acquisitionem feudum amittit Vasallus, cum feudo siue 46.
novo ipsi promisso, siue antiquo successione, vel alio feudi acquirendi
modo legitimo, ad ipsum devoluto, in illo nondum confirmatus felo-
niam committit: Ubi primo loco occurrit, & inde, meo iudicio, 47.
prima causa amittendi feudi indigitatur & numeratur in Rubr. & pr. 2.
F. 24. Si Investituram, etiam simultaneam, intra annum & diem (in
Jahr und Tag) à tempore quo scivit devolutum esse feudum, vel Do-
minum mortuum, mutatumve, dolosè, 2. F. 52. in f. Rubr. & tit. 2. F. 97.
id est, sine justæ causæ impedimento, 1. F. 22. in pr: 2. F. 52. in f. vel suâ
incuriâ negligentia ve, 2. F. 55. §. prater ea. non petierit, d. 2. E. 24. in pr.
& t. 40. in pr. oder/ wann Er die Lehen verschwiegen hat/ Ruding. 3. obs.
40. tum feudum ad Dominum redit, 2. F. 55. §. prater ea. sic in Consue-
tud. Burgundiæ, Rubr. 3. §. 1. dicitur, Le Seigneur du fied peut mettre sa
main à la chose mouvant du fied, pour cause de deuoir du fied non fait dedans
l' an & jour. ¶ Secundò, Fidelitas, i præstatio fidelitatis, seu jus juran- 48.
dum, investiturâ sequi debet, 2. F. 4. & 7. in f. quam si Vasallus tribus
vicibus à suis Paribus citatus præstare recusaverit, feudum amittit,
nisi tale sit, ut pro eo fidelitas non sit præstanda, 2. F. 24. §. 1. in f.

Plenè acquisitio jam feudo, per feloniam seu culpam Vasalli peccatur 49.
vel in Dominum, vel in alium, 2. F. 24. §. deniq. & 2. F. 37. In Dominum,
vel committendo, vel omittendo. ¶ COMMITTENDO delinquit 50.
tur in Dominum vel directò, vel per consequentiam. Directò; si ipse
Dominus per se offendatur, quod fit ex varijs causis, quarum aliæ ad
Domini vitam, aliæ ad honorem & existimationem, aliæ ad res ejus
pertinent, v. 2. F. 6. & 7.

¶ Vitam & incolumitatem Domini respicit, 1. Si Vasallus Domi- 51.
num assalierit, 1. F. 5. §. similiter. 1. F. 17: 2. F. 24. §. porro. 5. castrum vi-
cumve Domini, sciens illum vel Dominam ibi esse, per vim aggressus
fuerit, d. loc. 1. F. 5. & 2. F. 24. 2. Si impias, i. violentas, manus in per- 52.
sonam Domini, ubicunq; sit, ingesserit, 2. F. 24. §. porro. 5. non tantum
eum occidendo, de quo nullum dubium; sed & vulnerando, Somsb.
de F. p. 13. n. 36. item alapam infligendo, in carcerem conjiciendo, &
simil. 3. Imò si tantum Domino insidiatus fuerit, 2. F. 51. §. 2. insi- 53.
dijs clandestinis vel manifestis, 2. F. 57. veneno, vel gladio, vel aliter,

B 2. F. 24.

54. 2. F. 24. §. porro. 4. Et quod magis est, si Vasallus duntaxat inimicis Domini sui amicitias suas copulaverit, atq; in alijs sic versatus sit, ut potius inimicus quàm fidelis esse credatur, 2. F. 57. quæ verba tituli hujus transsumpta sunt ex l. 28. C. de inoff. test. v. & l. 1. §. 10. in f. de off. P. V.
55. P. V. 5. Si Dominum sponte absq; justa causa criminaliter accusaverit, 2. F. 33. §. in quibus. 1. delator ejus extiterit, 2. F. 24. §. item si. 8.
56. §. Ad Famam & existimationem Domini pertinet; 1. Si Vasallus Domino alias graves & inhonestas (verba sunt textus 2. F. 24. §. porro. & Nov. 115. c. 3. §. 2.) injurias, verbales scil. intulerit, arg. 2. F. 7. in f. pr. dolo & animo injuriandi, non ex errore, joco, aut iracundia: Ros. 10. concl. 21. n. 19.
57. 2. Si contra Dominum suâ sponte, nec coactus à Judice, in civili aut criminali causâ testimonium reddiderit, 2. F. 33. §. 1.
58. §. Res Domini, & quidem feudum ipsum, culpa Vasalli respicit; 1. Si Vasallus ex certâ scientiâ inficietur feudum; aut ejus conditionem, veluti fidelitatem, servitia in Investitura promissa; vel denique qualitatem feudi, v. g. si contra rei veritatem inficietur, feudum esse masculinum, esse novum, &c. atq; tunc totum feudum amittit, 2. F. 26. §. 3. 20. & 2. F. 34. in f. V. & Consuet. Paris. tit. 1. §. 43. Le Vassal qui denie le fief, &c. & ibi Molin. Si verò partem feudi neget, partem illam amittit, gloss. & Schenck. add. 2. F. 26. §. 3. n. 2. arg. 2. F. 38.
59. 2. §. Si beneficium seu feudum inordinatè tractaverit, & à Domino admonitus non resipuerit, 2. F. 27. §. 8. & vel dolo malo valde deteriorando, Myns. 6. obs. 86. vel subditos malè tractando, Ros. 10. concl. 33. n. 45. fac. §. ult. Instit. de his qui sui vel al. l. 24. §. fin. de pignor. act. feudo abusus sit.
60. 3. §. Si feudum Domino possidente vi invaserit, cum justitiam contra eum consequi potuisset, v. A. Bull. c. 14. Ros. 11. concl. 16. n. 1.
61. 4. §. Si feudum ipsum, sive jus feudi, (de Fructibus feudi secus est, arg. l. 12. §. 3. de usufr. l. 66. in f. de jure dot.) illicitè, sine consensu Domini, 1. F. 5. in f. sciens, 2. F. 26. §. 19: 2. F. 42. quocunq; modo distraxerit vel alienaverit, Rubr. & t. tit. 2. F. 9: 2. F. 39. in pr. 52. & 55. sive donando, d. 2. F. 9. §. 1. legando, ibid. & 1. F. 8. in pr. 2. F. 55. in f. pr. pro muliere in dotem dando, d. lo. Myns. 4. obs. 86. vendendo, 2. F. 9. §. 1: 2. F. 55. in pr. in solum dando, arg. l. 4. C. de evict. permutando, arg. l. 2. π. & C. de rer. permut. sive oppignorando, 2. F. 8. in f. & 2. F. 55. in pr. in emphyteusim dando, Clar. §. feud. q. 23. n. 3. Rittersh. in p. f. 2. c. 3. n. 33. 34. secutâ possessionis translatione & traditione, 2. F. 55. §. callidis. l. 67. in pr. de V. S. quia Dominum contemnere, 2. F. 24. in f. & servitia ipsi debita subterfugere, 2. F. 52. vel amittere videtur, 2. F. 55. in pr. unde vires, honor, & utilitas

utilitas Dominorum minuuntur, d. locu. & invito Domino alius obtra-
 ditur Vasallus, 2. F. 12. inf. feudum, five novum sit five antiquum, amit-
 titur; V. Vult. de F. 1. c. 11. n. 40. & seqq. et si postea recuperarit, 2. F. 44. nisi
 fame aut aliâ necessitate admodum urgente alienatio facta fuerit, arg.
 l. 2. C. de patrib. qui fil. dist. Myns. 6. obs. 30. inf. Quid si partem alienarit
 Vasallus? perdit partem, 2. F. 38. in pr. ¶ Notandum tamen hîc, 62
 Consuetudine vel Statutis quarundam Regionum feuda sine Domi-
 ni, sæpius sine Agnatorum consensu, licitè alienari; uti notum est de
 Gallia, ubi feuda patrimoniorum & allodiorum jure censentur, teste
 Car. Molin. in consu. Paris. in Rubr. n. 104. & passim; Le Vasal peut jouer de
 son fief jusques à la main mettre au baston, jusques à demission de foy, verba
 sunt d. Consuet. Paris. tit. 1. §. 51. de Delphinatu v. Guid. Pap. d. c. f. 59.
 & 295. de Burgundia, Challan. consu. Burg. rub. 3. §. 5. n. 1. 2. 3. In Ne-
 apoli & Sicilia similis consuetudo, Matt. de Afflict. decis. Neap. 140. De
 Ducatu Mantuæ testatur ibi indigena Bursatus cons. 42. n. 25. vol. 1. de
 moribus Belgicarum Provinciarum, & imprimis Gelrie, Fred. Sandius
 in comment. in Gelrie consuet. feud. 17. 2. tit. 2. c. 3. n. 2. In Pedimontio &
 Sabaudia ob æs alienum justum & necessariè conflatum, ut & pro do-
 tibus filiarum, feudum in præjudicium agnatorum distrahi potest, V.
 Ant. Tessor. decis. 99. n. 5. 9. idque ex singulari Ducalis Concilij A. C.
 1475. ideo habiti decreto. Molin. d. l. & Craver. in cons. pro genero, n. 317.
 vers. hoc amplius. Hoc ipsum etiam in Electoratu Brandenburg. con-
 suetudinis esse asserit Köppen q. 39. n. 28. In Silesia ex singulari privi-
 legio feuda alienari posse, testis est idem Köp. d. l. Sic in Marchionatu
 Lutatiæ ex privilegio Ferdinandi & Maximil. II. Nobilibus Vasallis
 libera concessa est facultas feuda sua quolibet modo alienandi, Ant.
 Hering. c. 7. n. 201. 202. In Franconia medietatem feudi non requisito
 Domino alienari posse inductum scribit Ros. 9. memb. 1. concl. 58. n. ult.
 ¶ Quod si verò cum consensu Domini feudum alienatum, an & cui 63
 aperiatur, seu à quo revocari possit, hîc obiter quæri solet. Novum
 feudum revocari non posse certum puto, 2. F. 39. in pr. quia nullius nisi
 Domini interest, Myns. 4. obs. 85. Schrad. de F. p. 8. c. 8. n. 2. De antiquo 64
 verò gravis admodum inter Dd. est controversia, in quâ ita distinguen-
 dum puto: Antiquum illud feudum vel est hereditarium simplici-
 ter & propriè, & similiter revocari nequit, Hartm. Pist. 2. q. 14. n. 1. quia
 ad omnes heredes, etiam extraneos, transit, & de eo Vasallus aliàs libe-
 rè disponere potest, secundum Baldum, Alex. Iason. & alios quos citat Shra-
 der. ibid. n. 9. & seq. Vel est ex pacto & providentiâ, aut impropriè 65
 heredita-

B 2



hereditarium seu mixtum; & tunc Filius alienatum feudum vel venditum, sive extraneo sive agnato perinde est, vivo patre Vasallo, jure *rescriptis*, intra annum à tempore scientiæ, oblato pretio integro, redimere, 2. F. 26. §. Titius. 13. at mortuo patre, si ejus heres est, nõ nisi cum beneficio inventarij, quod heredi omnia jura salva conservat, l. ult. §. 9. C. de jure delib. itidemq; refuso pretio, repetere, arg. l. 3. C. de reb. al. non et. l. 149. de R. I. Si non est heres, suo jure, etiam absq; ullo pretio, revocare potest, 2. F. 3. §. sed etiam. 1. 2. F. 26. §. 13. & t. 38. in pr. junctâ l. 12. de suis & legit. Filius enim in tali feudo jus suum non à patre, sed à primo acquirente Vasallo, 2. F. 17. addo, & à primo concedente Domino, 46. no, habet, de quo V. Obrecht. de F. 4. c. 9. n. 37. & seqq. Filio alijsq; descendentes non extantibus, Agnatus proximus, vel, si is nolit jure suo uti, aut non possit, quia fortè consensit alienationi, 2. F. 39. in pr. ordine successorio quivis insequens proximior, vivo Vasallo alienatore, tale feudum in extraneum alienatum, jure *rescriptis*, intra annum à quo resciverit, reddito tamen pretio, redimere potest; 2. F. 3. vers. Tunc enim. in agnatum remotiorem alienatum non item, *Sonsb. p. 13. n. 116. & seqq.* At mortuo Vasallo, sive antea in extraneum sive in agnatum remotiorem fuerit alienatum, Agnatus proximior, similiter ut filius, si heres est, regulariter revocare nequit; si heres non est, suo proprio & successionis jure, absq; ulla refusione pretij, revocare potest, d. §. 13. & 2. F. 39. in pr. nisi consuetudine vel statuto aliter inductum sit, ut de Ducatibus Mantuæ, Pedemontij, Sabaudia, Gellria, & Electoratu Brandenb. ex sup. th. 63. citatis Scriptoribus probatur.

48. §. Aliquo etiam modo ad res Domini pertinet; Si Vasallus *credentiam*, i. secretum Domini, ad damnum ejus scienter manifestarit, 1. F. 17. 2. F. 5. & 7. & damnum inde secutum fuerit, 2. F. 6. ibi, ne sit ei damno de secreto. v. Rosi 10. concl. 30. n. 6.

49. Per obliquum & consequentiam feloniam seu culpa Vasalli in committendo Dominum concernit tum, cum Dominus ipse non per se & *ad os*, sed *per os*, in alijs ex familia sua, vel aliter sui intuitu, offenditur; veluti. 1. Si Vasallus vel ipse Dominum cucurbitaverit, 1. F. 5. in pr. 2. F. 38. & 57. (Galli dicunt, *s' il l' a fait coqu*, alij abusive *s' il l' a emmoysé*.) i. uxorem Domini adulteraverit, 1. F. 17. cum ea concubuerit, 1. F. 21. §. 1. Vel alij ad hoc consilium & auxilium præstiterit, arg. 2. F. 7. in f. pr. fac. l. 9. ad L. Iul. de adult. *Sonsb. p. 12. n. 27.* 2. §. Idem in Sponsâ locum habet, arg. l. 15. §. 24. de injur. l. 13. §. 3. de adult. & c. conjunx. 27. q. 2. junctâ l. 8. in f. quod. met. cau. At non in Vidua Domini,

342
70. r. F. 21, § 1. nisi sit sequentis Mater, de quâ *th. 74. 3.* ¶ Imo si tantum 71.
concumbere se exercuerit, vel turpiter cum uxore vel sponsâ Domini
luserit, *1. F. 5. in pr. & arg. l. 10. ad L. Aquil. h. e. si attemptarit pudicitiam,*
ut loquitur *lex 10. de injur. conatu scilicet ad actum aliquem exteriorem,*
& sic propius ad delictum progrediente, ut post Baron. Schenck. *ad.*
d. 1. F. 5. Ampliff. Dn. D. Tabor, Fautor plurimum observandus. nu-
per, in prælectionib. de Conatu, disseruit. Hinc si literas amatorias, ante-
quam ad Dominam perferantur, laceravit Vasallus, feudo non priva-
tur, Schenck. d. l. Secus, Si papillam pertactavit, suavium si sumpsit, ut cum
Plauto in Asin. loquar. Quid ergo? Osculum ne etiam inter ludos 72.
turpes? Omnino, si libidinis causâ, fac. lex 11. §. 2. verb. libidinis causa.
C. de repud. quod tamen non præsumendum, ubi ita moris & honoris
est, ut in Gallia, Hollandia, arg. l. 9. C. de repud. Schrad. g. c. 2. n. 88. item
Rittershus. & alij. Clericum autem Vasallum, osculando Dominam
aut aliam mulierem, benedictionis gratiâ id facere videri, Glossæ in c.
absit. 11 q. 3. vix crediderim. Sanè antiquiora secula non omnino an-
tiquis, minusq; quam nostra corruptis moribus fuisse, Viro celeberrimi
nominis Dn. Matth. Berneggero, Fautori, Præceptoris, & p. t. Ho-
spiti summè honorando, in disputat. ad Tacitum, assentio; Indeque
crescentibus jam olim delictis, severiori legum stricturâ in ejusmodi
incentiva libidinis opus fuisse, patet ex modo d. 1. F. 5. in pr. tum quoq;
ex Lege Salicâ tit. 22. Si quis ingenua feminae manum aut digitum strinxit,
15. solidis; si brachium, 30. si manum super cubitum misit, 35. si mammillam
strinxit, 45. soli. culpabilis judicetur. quod Lege Ripuar. tit. 39. similiter
ferè constitutum: Sic & Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. l. 6. si manum
in sinum aut adpectus ejus miserit, vel ad alium locum unde turpe esse potest.
Plura & ultra non tango. 4. ¶ Similiter si cum Domini Matre, Ros. 74.
10. concl. 27. n. 25. Filia, Nuru, Nepte, 1. F. 5. §. item si fidelis. & 2. F. 24. §.
tursus. 4. item cum sore Domini in domo ejus manente, arg. l. 23. §. 2.
3. de adult. quæque adhuc in capillo est, ut dicitur d. §. rursus. 4. & Lege
Longobard. 2. tit. 2. 20. l. 1. (die noch im Haarzoder in der Haarhauben ge-
het/) i. quæ adhuc innupta, Goth. add §. rursus concubuerit. 5. ¶ Si 75.
Domini Subditos malè tractet, putà in corpore lædendo, pecunias vi
extorquendo, &c. Ros. 10. concl. 35. n. 19. 6. ¶ Si Convasallum in 76.
Domini damnum vel injuriam occiderit, Ros. 10. concl. 36. n. 28.

OMITTENDO peccatur etiam in Dominum, quia non sufficit ab- 77.
stinere à malo, nisi fiat quod bonum est, *2. F. 6. §. sed quia.* & propterea
feudum amittitur, quando ex illa omissione vel vita & salus Domini

- periclitatur; vel ejus authoritas, res, aut jura graviter læduntur, *Vid.*
78. 2. F. 6. & 7. ¶ Illud fit 1. Si Vasallus Dominum, non mortuum, nec ad mortem vulneratum, in ipso prælio dimiserit, deseruerit, 1. F. 5:
79. 2. F. 24. §. 2. dolosè scil. *Ros. 10. concl. 16. n. 23.* 2. ¶ Si Vasallus, cognoscens Dominum injustè, *arg. 2. F. 28. in pr.* carceri aut vinculis inclusum, vel obsideri, vel aliter ei mortem imminere, cum potuit, non liberaverit,
80. 2. F. 24. §. *item si. 8.* & 2. F. 39. *inf.* non adjuverit, 2. F. 28. §. 1. *in f.* 3. ¶ Imò, si tantum Dominum de periculo, unde illi assultus, mors, captio, aut patrimonij grandis jactura metuenda, quam citius potuit, non certioraverit, 2. F. 7: t. 24. §. *præterea 3.* & *tit. 28. §. 1. in f.*
81. Hoc: 1. Si Vasallus Domino justitiam facere noluerit, 2. F. 6. *vers. honestum.* & t. 24. §. *illud. 6.* quod, quibus modis fiat, vide *Rosent. 10.*
82. *concl. 24.* & *Obrecht. 4. c. 6. n. 6. & seqq.* 2. ¶ Si ad servitia, debita scil. 2. F. 23. *in f.* præstanda à Domino requisitus, 2. F. 7. & t. 26. §. *licet. 16.* ea sine justâ causa denegavit, facere recusavit, 2. F. 24. §. *sed non. 7.*
83. & t. 54. t. 55. §. *firmiter.* 3. ¶ Si Vasallus filium, nepotem, aut domesticum, aut etiam subvasallum suum, qui in Dominum deliquit, requisitus ad Dominum, ut illi satisfaciat, deducere, vel à se abdicare
84. nolit, 2. F. 55. §. *in super. sonsb. p. 13. n. 36. & seqq.* 4. ¶ Si Domino egeno, cum faciliè potuerit, ex feudi scil. magni & opulenti fructibus, alimentata non præstitit, *arg. 2. F. 58. in f. pr. l. 5. §. 19. de agnos. & al. lib. junctâ l. 6. §. 1. eod. Schrad. de F. p. 9. c. 8. n. 12.*
85. Hactenus de causis, ex quibus Vasallus in Dominum delinquens feudum amittit; Et hâc tenenda Regula, Feudum ex his talibus causis & felonij amissum ad Dominum reverti, *tex. 2. F. 24 §. deniq. 12. & 2. F.*
86. *37. in f. pr.* Et novum quidem indistinctè, ob quodvis delictum feudale, exclusis filijs & fratribus, 2. F. 12. *Ros. 11. concl. 1. nisi & ipsi à principio simul investi, 2. F. 18. aut ipsorum contemplatione æquè feudum concessum sit, aut aliàs voluntate concedentis, aut Consuetudine Curia, ad id admittantur, Ros. ibid, concl. 2. & 3. per tot.*
87. ¶ In antiquo sive paterno feudo diversissimæ sunt Dd. opiniones: Ego sic distinguo; Si est simpliciter hereditarium, (v. g. *Titio & heredibus ejus quibuscumq.*, vel, *quibus ille dederit*, concessum;) vel etiã informe, aut simplex, ubi scil. neq; liberorum neq; heredum ulla mentio, ob delictum in Dominum admissum, Domino, cognitâ tamen à Paribus Curia & convictâ prius culpâ, & inde per laudamentum eorum secutâ condemnatione legitimâ, 1. F. 21. *in pr. & t. 22. §. ult: 2. F. 16: t. 39. §. 1: t. 55. in f.* defertur, exclusis planè non tantum delinquentis filijs & descenden-

1343
descendentibus, Ros. 11. concl. 5. n. 2. excipe casus, quos vide apud eund.
concl. 6. & 7. Sed & agnatis, 2. F. 24. S. deniq. 12. & 2. F. 37. in f. pr. Ros. 11.
concl. 8. n. 6. ¶ Si verò est antiquum ex pacto & providentiâ, Moli- 88.
næus vocat, *conventionale*, putà si, Titio & filijs eius, Investituræ verba ha-
beant, (cujus egregium exemplū de feudis Regalibus Electorum no-
bis præbet A. Bulla cap. 7. ibi, *Postquam ijdem Principes Electores seculares,*
& eorum quilibet esse desierint, jus, vox, &c. ad Filium suum primogenitum,
&c. & cap. 24. §. decernimus.) v. & Ros. 10. concl. 11. per tot. ob Vasalli de-
lictum in Dominum, filijs Vasalli, vel his non extantibus, agnatis ejus
proximis, statim deferri asserit Id. Rosent. 11. concl. 5. & 8. per tot. Sanè 89.
quin ejusmodi feudum, ut & quod antiquum *mixtum* appellant (nempe
Titio & ejus heredibus, concessum,) quod & ipsum ex consuetudine
Germaniæ pro feudo ex pac. & prov. habetur, *Gail. 2. obs. 154. n. 20.* Va-
sallo, qui sic deliquit, mortuo, ad filios, hisque non extantibus, ad
agnatos proximos jure proprio redeat, nullū mihi dubium est: 1. *Tex.*
in 2. F. 98. 2. arg. tex. in 2. F. 78. & fac. 2. F. 40. in f. 3. arg. 2. F. 24. §. de-
niq. 12. ibi, ut hanc S A L T E M habeat S V Æ injuria ultionem. 4. *arg. Con-*
stit. Maximil. 1. de pace pub. Anno 1495. & Constit. Caroli V. de pace pub.
de Anno 1548. Rubr. die Poen der Friedbrecher / ibi, so lang der Fried-
brecher lebt / &c. de quo & inf. th. 110. & seqq. 5. In tali feudo Filij
agnative jus suum non à patre, sed à primo parente seu acquirente ha-
bent quæsitum, quod ipsis manet incolume, *l. 3. de interd. & rel. & in-*
vitis auferri non potest, l. 11. de R. I. etiamsi Imperator Dominus esset,
l. 39. de adopt. 6. Res subjecta restitutioni regulariter tamdiu apud Fil-
eum manet, quamdiu in vivis est delinquens, *l. Statius. 48. §. fin. de jure*
fisci. l. 12. §. fin. de fideic. libert. 7. Æquitatis summa ratio id suadet; Pec-
cata enim debent tenere suos auctores, *l. 26. de pæn. l. 22. C. eod. l. 1. C.*
de libera. cau. & nemo debet alterius damno prægravari, l. 33. C. de inoff
test. c. 22. de R. I. in 6. & generaliter, semper in dubijs benigniora præ-
ferenda, l. 56. de R. I. & odiosa restringenda, maximè ubi de damno &
præjudicio filiorum agitur, de quo Paulus in l. 19. de lib. & posth. 8. Tan-
dem mors omnia solvit, *Nov. 22. c. 20. in pr. & delictum pœnamq; de-*
linquentis extinguit, l. 3. & ult. C. si reus vel accus. mort. 9. Denique in
vilibus feudorum contrarium non est dispositum. Ita etiam ferè sen-
tiunt, summus Feudistarum auriga, ut vocatur, Andreas de Ifern. in 2.
F. 24. §. deniq. n. 50. & ibi addit. Thom. Marin. de gener. feud. t. 2. sect. 2.
n. 88. & seqq. Clar. lib. 4. §. feudum. q. 66. n. 6. Molin. consue. Paris. §. 43.
n. 133. Hartm. Pist. q. 15. n. 32. Obrecht, de F. 4. c. 9. n. 113. & seqq. ¶ Et 90.
hanc

- hanc sententiam multò magis ita vim obtinere cenſeo in regno electi-
vo; Ibi enim feuda non Regis, ſed regni ſunt, ut videre eſt ex A. Bulla,
cap. 1. §. ſi quis autem. & poteſtas Regis tanquam Adminiſtratoris quo-
ad diſpoſitionem de rebus Regni non adeo libera & absoluta, exem-
plo Episcopi vel Prælati *c. fraternit. 2. ext. de donation. ſed certis capitu-*
91. *lationibus reſtricta: Præcipuè verò, ſi & ipſe Rex mortuus ſit, arg. 2.*
F. 26. §. deniq. ibi, ſua injuria ultionem. juncta d. l. 3. & ult. C. ſi reus vel ac-
cuſ. mort. & quia reſoluto Jure dantis reſolvitur quoq; jus accipientis,
arg. 2. F. 8. §. rei. inf. & §. ſin. & l. 2. C. ſi pignus pign. dat.
92. Quid ſi plures ſint Domini ejusd. feudi? Aut in ſingulorum perſo-
nas feloniam commiſſa eſt, & cuique portio ſua aperitur; aut in unius
perſonam, & tum Domini læſi portio tantum amittitur, quæ & ipſi
læſo defertur: niſi tale ſit delictum, ut totum propterea feudum per-
datur, tum enim portio illa læſi Domini ipſi læſo defertur, cætera filijs
vel agnatis Vaſalli, pro diſtinctione *ſ. th. 100. & ſeq. Roſ. 11. concl. 18. n. 4.*
93. Ex delicto ſeu feloniam Vaſalli in alium quàm Dominum, vel aliter,
& abſq; reſpectu Domini, feudum amittitur in genere, ſi delictum ſit
grave & atrox, *d. §. deniq. vel magnam infamiam, 2. F. 24. §. illud enim.*
11. ita Vaſallo irroget, ut in Curia amplius ſtare non poſſit, 2. F. 37. &
94. *arg. l. 2. C. de dignit. 12. §. In ſpecie, 1. Si Vaſallus crimen Majestatis*
commiſerit, & feudum ex allodialibus Domini, Majestati illi æquè
95. atq; ipſe ſubjecti, habeat, *arg. 2. F. 55. inf. & arg. d. 2. F. 37. 2. Si par-*
ricidium commiſerit, *2. F. 24. §. ſi vero. 13. putà in fratre ſuo, vel nepote*
ex fratre 1. F. 5. verſ. item ſi fratrem. & alijs perſonis nominatis in l. 1. de
96. *L. Pomp. de parric. 3. Si inceſtum admiſerit, 2. F. 56. Baro Schenck ad*
97. *1. F. 5. §. item ſi fidelis. n. 2. in ſ. Sonsbec. p. 12. n. 57. 4. Si tale facinus per-*
petravit, ob quod, *proditor*, appellari poſſit, ut ſi fratrem Domini, vel
alium quemvis, veneno vel gladio proditoriè interfecerit, *2. F. 37. Roſ.*
98. *10. concl. 19. n. 14. & ſeqq. 5. Si ſubditis infeudatis jus non reddat, arg.*
2. F. 7. inf. pr. & arg. 2. Inſt. de hiſ qui ſui. Obrecht. de F. 4. c. 6. n. 25.
99. His atq; ſimilibus caſibus ruruſum feudum novum ad Dominum
redit, *2. F. 24. §. Si vero. 13. excluſis deſcendentibus & agnatis, Sonsb.*
100. *p. 13. n. 9. & alijs. Antiquum hereditarium vel informe, excluſis Domi-*
no, *d. §. ſi vero. & 2. F. 37. & delinquentis filijs, 2. F. 26. §. ſi Vaſallus. 17. &*
2. F. 31. ſtatim poſt condemnationem Vaſalli, ad ejus Agnatos pertinet,
Roſ. 11. concl. 5. n. 6. Agnatos, inquam proximiores, d. §. ſi vero & 2. F. 37.
etiam intra quartum gradum, modò d. lo. & 2. F. 31. Hartm. Piſt. lib. 2. p.
1. q. 15. n. 12. & ſeqq.

Si anti-

344

Si antiquum pactioatum, sive ex pacto & providentia, vel etiam
mixtum, Domino excluso, d. 2. F. 24. §. si verò. vigore primæ concessionis
ad filios & descendentes Vasalli abire, & his non extantibus demum ad
agnatos, Ros. 11. concl. 8. n. 1. facit huc, quòd & Filij latiori significatione
vocentur agnati, 2. F. 11. in pr. proximi, l. 2. §. 6. l. 12. de suis & legit. l. 92. de V. S.
Porro FISCVS nonnunquã ob delictum Vasalli feudum sibi apertum
afferit; Videndum igitur, quid juris in eo habeat. Sanè bonis omnibus
Vasalli publicatis feudum quoq; amitti constat, arg. l. 65. §. 12. pro soc. l.
3. ad L. lul. pecul. & fac. 2. F. 37. ibi, ut in curia. V. & Ros. 11. concl. 11 n. 7. &
seqq. & Dd. communiter. exceptis paucis casibus, inter quos V. infra th. 108.
¶ Hoc jam præmissis, rejectis aliorum opinionibus, ita sentio; Aut feu-
dum quis tenet à Principe vel Republicâ, merum imperium & jus fisci
habente, & tùm ob delictum Vasalli in Dominum, si tale sit, ex quò feu-
dum amitti debeat, secundum supra. th. 85. & seqq. adducta, Domino,
sive Fisco nomine Domini, defertur: Si verò tale & feudale delictum
non sit, fac. lex 1. inf. de veter. & mil. succ. fisco ut fisco, & jure fisci, feudum
tam antiquum quàm novum committitur, sed antiquum mortuo Vasallo
delinquente ad descendentes vel agnatos revolvitur; arg. l. 48. §. fin. de jure
fisci. l. 9. ad L. lul. Maj. V. Sonsb. p. 13. n. 51. Aut tenet ab alio Domino, qui
vel dependet à majore, seu Principe, jus fisci habente, tunc bonis cæteris
Vasalli confiscatis, feudum ex Domini vel majorum ipsius allodialibus
proveniens, fisco regulariter non cedit, tex. notab. in c. felix. 5. vers. si qua
verò feuda. de pœn. in 6. & arg. l. 3. C. de bon. proscript. l. 3. §. 4. in f. de minor. l.
7. §. 1. de bon. damn. (Exceptis casibus, cùm 1. Dominus vel agnati id
vindicare nolunt, Ros. d. lo. n. 14. 2. Si Statuto valido vel consuetudine
contrarium inductum sit, ut in Gallia, teste Molin. consu. Paris. §. 43. n. 182.
& in Dominio Veneto, Peregrin. de jure fisci. 5. tit. 5. n. 111. inf. aut 3. feudum
sit merè hereditarium & in heredes extraneos, prout habetur fiscus, l. 4.
de jure patron. transitorium, Ros. 2. concl. 35. inf. deniq; 4. in Crimine læsæ
Maj. de quo mox:) Sed vel Dominus si novum, vel filijs agnatisve si antiquum,
defertur, arg. d. l. 3. C. de bon. proscr. & qua dixi supra th. 89. n. 7. V. & Hartm.
Pist. lib. 2. p. 1. q. 15. n. 7. Schrad. 9. c. 9. n. 16. Ros. 11. concl. 11. n. 7. 8. & hoc in
Germaniâ ita observari testatur Zas. in epit. feud. & quidem statim post
publicationem, arg. 2. F. 12. in f. & arg. l. 1. C. de donat. quæ sub mo. l. 3. C. de
condict. ob cau. dat. ¶ Vel non dependet, sed ipse separatam à Principe,
bona Vasalli publicante, jurisdictionem habet, aut respectu situs feudi
recognoscit, tunc publicatio ista bonorum Vasallo in feudo non officit,
aut feudum adimit, tex. in clement. c. pastoralis, 2. de sens. & re jud. & l. ult.
de ju-

109. *de jurisd.* ¶ In dubio verò cui feudum potius applicari debeat, contra
Fiscum pronunciandum. *arg. l. 10. de jure fisci. Ros. ii. concl. 16. n. 9.*

110. Ob *Pacem publicam violatam* bannito Vasallo, quamdiu is vivit, nec
cum offenso transegit, feudum in publicationem bonorum non venit,
nec Fisco applicatur, sed ad Dominū feudi, quicumq; ille sit, recta redit;
fructibus tamen actori damnū passo, salvo iudicis moderamine, interim

111. concessis. Vasallo in Banno demortuo, novum feudū similiter Domino
cedit; Antiquum, delicto in Dominum ipsum admissio, sive is idem sit
magistratus qui bannivit, sive non sit, hereditarium ad Dominum, donec
Vasalli filij cum eo in gratiam redeant, & his non extantibus, ad agnatos;
at illud quod ex pacto & provid. dicitur, etiam ad filios devolvi, sine ulla

112. transactione cum Domino aut fisco: Delicto in alium, non Dominum,
admissio, si feudale sit, hereditarium agnatis proximis, exclusis descen-
dentibus; illud quod ex pacto & prov. etiam filijs, suo jure, deferri; *tex. in*

113. *A. B. Car. I. V. cap. 1. in pr. ibi, sub pœna perd' tionis, pro illa duntaxat vice, sua*
vocis. V. & Recess. Imp. de Anno 1567. §. Und nach dem auch ferner. Si
non feudale sit delictum, sed publicatio saltem in consequentiam, ob bo-
na ex alio delicto publicata, infligatur, Filios delinquentis ne quidem à
feudis merè hereditarijs, *tex. in auth. bona damnatorum. C. de bon. proficr. &*
arg. 2. F. 37. in pr. Ros. ii. concl. 4. n. 14. 18. excludi debere juri consentaneum
existimo, V. Constit. pacis publ. Caroli V. rubr die Poen der Friedbrecher. §. 2.
& Gail. de pac. publ. 2. c. 13, per tot. & c. 14. n. 6. & seq. Ros. ii. concl. 11 n. 22. & seq.

114. In *Crimine læsa Maj' status*, Vasallus delinquens; sive bannitus sit sive
non, feudum indistinctè amittit, & informe vel hereditarium, si Domi-
nus feudi sit ipse Magistratus cujus Majestas læsa est, fisco, sive Domino,
exclusis in perpetuum filijs & agnatis; si Dominus sit alius, tùm agnatis,
exclusis descendentes, defertur, modò Majestatis crimen feudale sit, ob
quod in curiâ Parium feudo Vasallus privari possit; aliàs filij non sunt

115. excludendi, *ut jam dictum th. preced.* Feudum ex pacto & provid. verò Fi-
lij vel agnatis suo familiarq; jure debitum, iisdem etiam in hoc crimine
conservari patet expressè *arg. l. 9. ad L. Iul. Maj. l. 3. de interd. & rel. & l. 4.*
de jure patron. V. quoscitat & sequitur Ros. ii. concl. 13. n. 6. & seqq. Cravet.

116. *conf. 859 n. 12.* Et licet sint, qui hîc distinguant, an ex primo vel secundo Le-
gis Juliae capite crimen læsæ Maj' commissum sit; *Gail. de P. P. 2. c. 15. n. 15.*
in Legetamè illâ famosissima. *Quisquis 5. C. ad L. Iul. Maj. unum tantum ca-*
put contineri statuo cum Nob. Dn. Jac. Gothofredo, summo seculi no-

117. *stri Jureconsulto, in suo dis. histor. ad istam leg. cap. 5. Quod si tamè bona &*
jura familiar' Filijs ex d. Leg. Quisquis auferuntur alicubi, tunc & feuda
ijs

345
iis auferri posse autumo cum Ros. 11. concl. 13. inf. Atq; haecenus, Cui et
feloniâ Vasalli feudum aperiatur.

Cum verò feudum vel totum, vel pars ejus, non raro alteri rursus
datur in feudum, quod fieri posse certum est, 2. F. 3. §. sed etiam. 1. & tit. 9.
§. si verò. & quidem in infinitum, 2. F. 34. §. 2. vocaturq; Subfeudum, Cui
Afferlehen/ arriere-fief, un fief tenu par moyen, ideo nunc de Vasallo Vasal-
li, qui & SUBVASALLVS, & Vasallus in secundo gradu nominari potest, viden-
dum. § Hic, Si in Dominum mediatum, qui & Dominus Domini, & ma- 119.
jor Dominus dicitur, 2. F. 55. inf. à quo ceu fonte feudum promanat, deli-
quit, eiq; requisitus ideo à Domino suo seu immediato nolit satisfacere,
feudo suo privatur, quod ad Dominum suum, à quo ipse tenebat, rever-
titur, d. 2. F. 55. in f. nisi pro servitio alterius Domini, quem sine fraude
antè habuerat, id fecerit, ibid. Verùm Domino immediato ipsum ad sa-
tisfactionem non requirente, feudum majori Domino aperitur, de quo
jam dictum sup. th. 83. In immediatum Dominum, vel etiam in alium si 120.
delinquat Subvasallus, tunc iisdem ex causis, & secundum easdem distin-
ctiones, quibus aliàs feudum à Vasallo amissum aperiiri jam diximus sup.
th. 85. & seqq. etiam hîc à Subvasallo jus quod habet, seu utile dominium
inferius amissum Domino immediato, filijs, agnatisve aperiatur.

De Subvasalli Vasallo, sive Vasallo in tertio aut etiam ulteriori gra- 121.
du, idem juris est. Nam si iste tertio gradu Vasallus majorem Dominum
offendit, tunc primus Vasallus requirit secundum, seu suum immedia-
tum Vasallum, ut is rursus suum seu tertium requirat, ut satisfiat ma-
jori Domino; Et si aliquis ex intermedijs nollet requirere suum Vasal-
lum, ille amittet feudum, quod redibit ad ejus immediatum Dominum
qui requisivit, arg. d. 2. F. 55. §. fin. Sonsb. p. 13. n. 42.

Tandem DOMINVS ipse jus quod in feudo habet, seu proprietatem aut 122.
directum Dominum, ut vocatur, amittere potest. Et quanquam rarissimè 123.
id accidere notum sit, praesertim Domino superiorem non recogno-
scente; unde elegans Gallorum proverbium, Un Seigneur de beurre mange
un Vasal d'accier; in eo tamen generalis hæc regula constituta est, Ex o-
mni felonia apertâ & causâ; ex quâ Vasallus feudum directò amittit,
Dominum quoque, majorem scil. proprietate privari, tex. 2. F. 26. §. do-
mino. 23: 2. F. 47. fac. lex 33. de bon. libert. l. 5. §. 1. de jure patron. Ros. 1. concl.
19. n. 1. Dominus enim in ijs, quæ jus feudale disponit, vicem Fideli, i. 124.
Vasallo, suo reddere debet, 2. F. 6. in f. nisi scil. inter delicta Vasalli &
Domini diversitatis ratio assignari possit, de quo V. Schrad Vult. & alios:
Et tunc proprietas feudi ad Vasallum pertinet, & ita cum usufr. conso- 125.
lidatur,

126. 23. *342*
lidatur, ut Vasallus imposterum feudum integrum suo jure, & ut allo-
diale possideat, siue felonia sit in Vasallum siue in alium, *per d. 2. F. 26. §.*
In feudo autem ab Ecclesiâ dependente, proprietas, ob Prælati de-
lictum in Vasallum, Ecclesiæ non adimitur, *arg. c. fraternitatem. 2. ext. de*
donation. Eadem ratio est Rege in Vasallum delinquente; ubi jura &
proprietas feudi ad Regnum seu Imperium spectant, *Ros. de F. 11. concl.*
22. 11. 3.

127. Sed quid si delictum à Domino in alium commissum tale sit, ut pro-
pterea bona delinquentis publicanda veniant, num Fisco etiam propri-
etas Feudi committetur? Distinctio nodum solvet; Ex felonia proprie-
tatem feudi Vasallo attribuendam; ex delicto non feudali, propter quod tamen Domini bona aliâs publi-
canda sunt, ad Fiscum devolvi debere assero: nec multum dissentit *Ros.*
11. concl. 20. n. 20. Et hæc omnia hæctenus de Domino superiore, ex bonis
suis allodialibus feudum alicui concedente, intelligenda sunt, *per rex. 2.*
F. 26. §. 23. & 2. F. 47. ibi, proprietate privetur.

128. Inferior enim Dominus, hoc est, qui feudum habens ab alio, illud ipsum,
vel partem ejus, alteri subinfeudavit, si ex delicto feudali, siue in subva-
sallum, siue in alium non Dominum, commissio, jus suum, seu utile do-
minium quod in feudo habet, amittat, illud non ejus subvasallo, sed si
antiquum fuerit, vel Filijs, aut Agnatis defertur, secundum distinctio-
nes *sup. th. 100. & seqq.* qui Filij vel agnati, soluto tunc Jure subinfeudan-
tis, feudum etiam ipsum, seu utile dominium inferius, à Subvasallo, si
velint, regulariter revocare possunt, sub distinctione *sup. th. 64. & seqq.*

129. *v. Rosenth. 9. concl. 48.* His non existentibus, aut si novum fuerit feu-
dum, ad Dominum superiorem, cujus respectu Vasallus est, & Vasalli
130. jure utitur, pertinet; *arg. th. 45.* & tunc Subvasallus iste à Domino suo
immediato quoad jus Vasallagij exemptus, si Domino superiori servire
velit, *2. F. 9. §. si vero. in f. ei invito Vasallus efficitur. Clar. §. feudum. q. 72.*
Rosenth. de F. cap. 11. concl. 21. n. 2. & 9. concl. 49.


Atque hæc pro instituti ratione sufficiant.

SOLI DEO LAUS
ET GLORIA
IN SECLĀ.

X 2615926

VD.17





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

RIDICA

336.

40

ditur,

M FINI

PERIATUR,

1637 4.

F. A.

Sept. VIII

creto

II JCorum ORDINIS

IVERSITATE,

que Jure Honoribus
quendis,

subjicit

VS Hoffmann

SIS.

Augusti 3. 8

ATI,
Caroli.

II.

